Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1071
Quelle:
Copyright:

heremitice et quod omnia a dei voluntate dependeant, in *Edit.* T. III. p. 140. audit: *De ordine Eremitarum, et facultatibus Eremi Fontis Auellani.*

Fol. XLVI. ſub titulo: *Diſputacio contra Judeos per modum dialogi ſeu antilogus*, connectuntur duo Opuſcula, quae in *Edit.* T. III. p. 10. ſub titulis *Antilogus contra Judaeos*, et *Dialogus inter Judaeum requirentem et Chriſtianum e contrario reſpondentem*, Opuſculum II et III. conſtituunt.

Fol. LIV. *Invectio in epiſcopum monachos ad ſeculum reuocantem* in *Edit.* T. III. p. 157. VI. Capitibus prolixior eſt.

Fol. LX. Autoris Sorores *Robellinda* et *Sufficiencia* adpellantur, quibus in *Edit.* T. I. p. 133. *Rodelindae* et *Sufficiae* nomen eſt.

Fol. LXV. Epiſtola *Judici R.* inſcripta in *Edit.* T. I. p. 128. inſcribitur *Judici Bonobomini.*

Fol. LXVII. Epiſtola ad *G. Heremitam* in *Edit.* T. I. p. 96. nomen *Guilielmi* exprimit.

Fol. LXXI. p. 2. Epiſtola ad *Papam N.* in *Edit.* T. I. p. 4. *Nicolai* II. nomen declarat.

Fol. LXXV. p. 2. Epiſtola data *d. fratri cariſſimo* in *Edit.* T. I. p. 64. pariter data eſt *Damiano fratri chariſſimo*, Archipresbytero Rauennati.

Fol. LXXXVI. p. 2. legimus: *Repetit ab epiſcopo Monachum, Exemplum de perdice. Dompno P. venerabili Abbati* &c. in *Edit.* T. I. p. 91. ſolum habetur Epiſtola ad *P. Abbatem Coenobii Claſſenſis S. Apollinaris.*

Fol. C. Opuſculum *Alexandro pape de vita Rudolffi et aliorum ſanctorum monachorum*, ad calcem habet *Excuſationem longioris opuſculi*, quae huc non pertinet, ſed eſt epilogus Opuſculi *de Parentelae Gradibus*, quod habes *Edit.* T. III. p. 77.

Fol. CV. Epiſtola *de Dimittendo epiſcopatu pape nicolao miſſa* eſt initium Opuſculi de *Adicatione Epiſcopatus Edit.* T. III. p. 184. ſiſtens in his C. I. verbis: *ſiue rationalis quaelibet cauſa depoſcat.*

Fol. CXVI. *Quedam ſolucio queſtionum* nobis *Alberto* inſcribitur; *Edit.* vero T. III. p. 280. *Alberico.*

Fol. CXXII. qui nobis *eccleſie Saxenatis antiſtes* eſt, *Edit.* T. I. p. 57. eſt *Sarſinatis.*

Fol. CLVI. p. 2. ſub epigraphe: *Scriptor omnes ſimul fratres alloquitur*, habemus fragmentum Opuſculi *de diuina Omnipotentia* a *Cap.* 16. ad 17. quod integrum extat *Edit.* T. III. p. 268.

Fol. CLXVI. p. 2. Epiſtola datur *baroncio fratri kariſſimo*, cujus nomen *Edit.* T. I. p. 93. tantum litera initiali exprimitur. Verum haec epiſtola integra nobis non eſt, deficitque in verbis: *que viderat retulit.*

Fol. CLXX. p. 2. ſcribitur *Petro cerebroſo monacho.* Epiſtola haec occurrit *Edit.* T. I. p. 99. ſed ſub finem legitur in margine: *Cætera deſiderantur in MSS.* Non vero in noſtro, qui